Jam verò quod suggillari à me putant nonnullos ex iis quibuscum in gratiam redimus, hic velim cogitent, quo primum tempore illa scripsi, me stygium in eos strinxisse qui nihil ferè in sacramento querunt, quàm crassam Christi præsentiam, quæ sensu corporis percipi et propemodum manibus attrahi queat. Qua stupida superstitione<sup>66</sup> videmus in papisticis ecclesiis non tantum hominum vulgus, sed primores etiam ipsos detineri. Nam de vera fide parùm solliciti, qua sola et in Christi pervenimus societatem, et cum ipso coharemus, modò carnalem ejus præsentiam habeant, quam ultra Verbum somniant, satis illam præsentem habere se putant. In illos, inquam, tota disputatio dirigitur, qui corpore Christum, non animo, et oculis potius quàm fide, in symbolis requirunt. Videre enim est, ut toto orationis contextu nihil aliud contendant, quàm ut talem corporis Christi in Cæna præsentiam cogitemus, quæ nec paucis elemento ipsum affigat, nec in panem includat, nec ullo seculi hujus modo circumscribat : quæ omnia derogare cælesti ejus gloriæ palàm est ; deinde quæ nec mensuram illi suam auferat, vel pluribus simul locis distrahat, vel immensam illi magnitudinem affugat, quæ per cælum et terram diffundatur : quæ naturæ veritati non obscurè repugnant.

Ejusmodi erroribus si negari non potest, passim imbutas fuisse hominum mentes sub tyrannide Romani illius antichristi, cur, amabo, quæ in hostes propriè competunt, in fratres amicosque nostros, ac si destinatio in eos dicta forent, conferantur ? Atque hæc quidem, cum ante annos aliquot edita essent<sup>67</sup>, in recognitione operis<sup>68</sup> expungere visum non est, ne consentire iis quodammodo viderer, in quibus repudiandis constanter etiamnum persevero. Neque enim, *sublati talibus absurdis, imminuta est virtus*

<sup>66</sup> Ce passage, jusqu'à *præsentem habere se putant*, est reproduit avec quelques modifications, à la p. 437 de l'*Institution* de 1543 (Calv. Opp. I, 1004). Plus bas, dès *ut talem corporis* à *repugnant*, il y a presque identité.

<sup>67</sup> C'est-à-dire, au mois de mars 1536.

<sup>68</sup> Révision publiée au mois d'août 1539.

*Christi, quominus se nobis presentissimum exhibeat, ac quod de eroganda in cibum sua carne promisit, reipsa adimpleat. De ratione*<sup>69</sup> *si quis me roget, fateri non pudebit, sublimius esse arcantum, quàm ut vel ingenio meo comprehendere, vel enarrari verbis queat. Atque, ut verum fatear, experior magis, quàm intelligam.* Itaque veritatem Dei, in qua acquiescere tutò possum, hîc sine controversia amplector. Pronunciat ille, carnem suam esse animam meam cibum, sanguinem esse potum. Talibus alimentis animam illam [l. illi] meam pascendam offero. In sacra sua cœna jubet me sub symbolis panis et vini corpus et sanguinem suum sumere ac manducare. Nihil dubito, quin et ipse verè porrigit et ego recipiam, ac vera substantialique manducatione fruam. Tantùm absurda rejicio, quæ autem [l. aut] cœlesti Christi majestate indigna, aut humanæ ejus naturæ veritate aliena esse apparet: quando et cum Dei verbo pugnare necesse est, quod et sic in gloriam regni cœlestis receptum fuisse Christum docet, ut supra omnem mundi conditionem evehat, nec minùs diligenter in humana ejus natura commendat quæ propria sunt veræ humanitatis.

Hæc, quæ à me antehac verè scripta fuerant, si nunc penitùs silentio transmissem, non dubitabam fore, quin multi suspicarentur, ita veritatis patrocinium adversùs Papistas à me deseri ac prodi, eorumque deliramenta connivendo veluti comprobari. Accessit huc quòd videbam nonnullos alieniores fieri à *Concordia* quæ magno publico bono inter *ecclesias Germanicas* constituta est, quòd putent non posse constare substantialem corporis Christi manducationem in Cœna, qualem *Lutherus* statuit, nisi locali præsentia et veluti circumscriptione implicitam. Hæc suspitio quàm vana sit ac frivola, putavi expedire ut cognoscerent: simul *ut injuriam facere desinant insigni Christi apostolo, per cujus ministerium hoc tempore illis Evangelii lux affulsit*: simul ut falso periculi metu liberati, *Concordiam* nobiscum ex animo amplectentur.

Hunc mihi animum fuisse cum multis argumentis testari liceat, id primum rogatos esse velim pios omnes, ne mihi in animo esse putent, contentionem illam, quæ nimis diu *ecclesias* exercuit, renovare: quam ut inauspicatam prorsùs horreo, repressam aliquando fuisse et sedatam vehementer gaudeo, ut par est; quò penitùs tandem extingatur, daturum me pro virili operam profiteor. Deinde *ne aliter me sentire suspicentur, quàm veram substantia-*

<sup>69</sup> Ce passage et les suivants, jusqu'à la fin du paragraphe, se retrouvent à la p. 440 de l'*Institution* de 1543 (Calv. Opp. I, 1010).

*lemque corporis ac sanguinis Domini communicationem sub sacris Cœne symbolis exhiberi fidelibus : non ut imaginatione duntaxat aut mentis intelligentia percipiunt, sed ut reipsa fruantur in alimentum æternæ vitæ. Postremò ne me voluisse existiment, aut perstringere eos qui in Germanicis ecclesiis adversus Romanum antichristum Christo Domino nobiscum militant, aut ex eorum doctrina aliquid convellere. Neque enim mihi persuadeo, sic delirare eos quibus Dominus per evangelium suum illuxit, ut in ipsos [l. ipsas?] cadant, quas illic redarguo, superstitiones. Quin potius hoc apud se statuunt, nihil mihi aut in majori esse voto, aut majori cure futurum, quàm ut cum ecclesiis omnibus Germanicis quæ Christo sanctoque ejus evangelio nomen dederunt, summam consensionem modis omnibus colam<sup>70</sup>. Cum plus satis sit nobis certaminum cum Diabolo et impiis omnibus qui illi stipendiantur, non tantum oçi debemus nobis sumere, ut inter nos conflictando, Christum ipsum, cujus censerì volumus membra, quodammodo discerpamus.*

## 856

PIERRE TOUSSAIN à l'Église de Metz.

(De Montbéliard) 28 novembre 1539.

MANQUE.

Sa lettre du 27 août 1540 à la même église commence par ces mots : » Mes chers frères, je vous avois escript l'an passé, du 28 de Novembre.... »

<sup>70</sup> A la fin de son *Traité de la sainte Cène* (1540), Calvin, après avoir montré « en quoi Luther a failli de son côté, et en quoi *Ecolampade* et *Zuingle* ont failli du leur, » s'exprime comme il suit : « L'une partie et l'autre a failli en n'ayant point la patience de s'entr'écouter, afin de suivre la vérité sans affection, là où elle seroit trouvée. Néanmoins, si ne devons-nous pas laisser de penser quel est notre devoir : c'est de n'oublier les grâces que notre Seigneur leur a faites, et les biens qu'il nous a distribués par leurs mains... Car si nous ne sommes pas ingrats..., nous leur pourrions bien pardonner cela et davantage, sans les blâmer ni diffamer. Bref... nous en devons toujours juger et parler avec modestie et révérence ; même, puisqu'il a plu... à notre bon Dieu... de mettre fin à cette malheureuse disceptation, ou, pour le moins, de l'apaiser, en attendant qu'elle soit du tout décidée... Cependant il nous doit suffire qu'il y a fraternité et communion entre les Églises... »

## 857

THÉODORE DE BÈZE <sup>1</sup> à Maclou Pompon <sup>2</sup>, à Orléans.  
(De Paris, en novembre 1539 <sup>3</sup>.)

Autographe. Bibl. de Genève. J.-W. Baum. Theodor Beza.  
Leipzig, 1843, I. Theil, S. 82.

S. Scripsi ad te nuper <sup>4</sup>, mi Pomponi, idque raptim. Scribo verò  
nunc denuò, idque non minùs occupatus. *Cras in Picardiam cogito,*

<sup>1</sup> *Théodore de Bèze*, né le 24 juin 1519 à Vézelay en Bourgogne, appartenait à une famille noble et considérée. Il fut conduit en 1522 à Paris chez son oncle Nicolas de Bèze, homme d'Église et conseiller au parlement, qui voulait se charger de son éducation. Mais pendant les six années suivantes l'enfant, toujours malade et tourmenté par les médecins, ne fit, pour ainsi dire, que languir. Aussi appelait-il plus tard « alterum diem natalem » le jour de son entrée dans le pensionnat de *Melchior Wolmar* à Orléans (5 décembre 1528), et il écrivait à ce vénéré précepteur : « Quem laborem non ultro in me formando subiisti ! Quas molestias in me docendo non pertulisti, *Aureliæ* primum, deinde *Biturigibus*... ! Denique quid non tentasti, ne mihi ulla in parte viderere defuisse ! Hoc enim verè possum affirmare, nullum esse nobilem vel Græcum vel Latinum scriptorem quem ego, intra septennium quo apud te vixi, non degustarim : nullam ex liberalioribus illis disciplinis, ne Jurisprudentia quidem excepta, cujus saltem elementa te præceptore non didicerim... Sed hoc est omnium beneficiorum quæ à te accepi longè maximum, quòd *veræ pietatis cognitione*, ex Dei verbo tanquam limpidissimo fonte petita, tu me ita imbuisti, ut nisi te, non dico pro præceptore, sed pro parente colam..., omnium hominum sim maximè ingratus... »

Il ne paraît pas que l'écolier de Vézelay, pendant son séjour à Bourges, ait remarqué les visites que *Jean Calvin* faisait à Wolmar (t. II, p. 333). Mais il n'oublia point les deux Suisses, *Pierre Choli* de Zug et *Conrad Gesner* de Zurich, sous-maitres dans la maison de son précepteur (Voy. *Icones virorum doctrina et pietate illustrium*, 1580, ff. Q iij, R j).

Bèze approchait de sa seizième année et il cultivait déjà avec succès la poésie latine, lorsqu'il dut se séparer de Wolmar, qui était appelé à Tubingue. Il lui fit ses adieux le 1<sup>er</sup> mai 1535, et, trois jours après, il arrivait à Orléans, où son père l'envoyait étudier le droit civil. Dégouté bientôt de l'enseignement « barbare et sans méthode » qu'on subissait

*cum Patruo acturus de certo vite genere iustituendo*<sup>5</sup>. Quidquid constitutum fuerit in ea re. id faciam ut intelligas; nam cui hæc

dans cette université, il s'adonna d'autant plus à l'étude des lettres et se lia avec quelques savants, qui encouragèrent ses premiers essais poétiques. Cette heureuse diversion ne l'empêcha point d'obtenir le grade de licencié en droit (22 juillet 1539). Peu après il alla se fixer à *Paris* (Voyez t. II, p. 280, 281. — La dédicace de l'ouvrage intitulé : *Confessio christiana fidei...* per Th. Bezam Vezelium, 1560, 1570, et celle des *Poëmata*, éd. de 1569 et de 1576. — *La France protestante*).

<sup>2</sup> *Maclou Popon* ou *Pompon*, issu d'une famille très obscure, naquit en 1514 dans un village de la Bourgogne. Après avoir reçu sa première éducation à Dijon, il fit ses études de jurisprudence à Orléans et les perfectionna en Italie (1540-41 ?). Puis il devint avocat du Roi (1542) et conseiller au parlement de Bourgogne (1554). Il joignait aux qualités du cœur la maturité de l'esprit et des goûts distingués, ce qui lui gagna l'amitié du jeune étudiant de Vézelay. Aussi *Bèze* mentionne-t-il *Macutus Pomponius* parmi ces « eruditos homines... sed iudicio jam confirmatos et eruditione præstantes » qu'il avait fréquentés à Orléans : C'étaient le poète latin *Jean Dampierre*, ancien conseiller du Roi et religieux franciscain, *Antoine de St. Flour*, plus tard premier président à Rouen, le professeur *Jean Truchon* et *Louis Vaillant* (Voyez la dédicace des *Poëmata* de 1569. — Palliot. Le parlement de Bourgogne. Dijon, 1649, p. 207. — Papillon. Biblioth. des auteurs de Bourgogne, 1745, P. II, p. 164).

<sup>3</sup> La date est déterminée par les rapports de la présente pièce avec les deux suivantes.

<sup>4</sup> Cette lettre, dont nous ignorons le lieu de dépôt actuel, se trouvait probablement parmi ces « quatorze lettres de Bèze à Maclou Pompon » que l'abbé Papillon, o. c., dit avoir « lues en manuscrit chez M. le conseiller de la Mare. » On n'en connaît que huit, qui sont celles que Baum a publiées.

<sup>5</sup> *Nicolas de Bèze*, jadis prieur de Longjumeau (n. 1, 8), était mort à Paris le 29 novembre 1532. Son épitaphe le qualifie comme il suit : « seigneur de Celle et Chalonne en Donzyois [près Nevers], archidiacre d'Étampes en l'église de Sens, conseiller du Roy... en sa cour de Parlement \*) » (Voyez la Gallia christiana, VII, 863). *L'oncle* que Th. de Bèze allait visiter en Picardie était *Claude de Bèze*, qui possédait depuis 1531

\* Il fut enseveli dans l'église de St.-Côme, à Paris. *Théodore de Bèze* fit placer, en 1543, près du tombeau de son oncle *Nicolas* trois autres épitaphes : en latin, en grec et en vers français. Menage, qui les a publiées, donne les détails suivants : « Elles sont dans un petit cadre de bois fort simple... attaché au mur, à main gauche du Crucifix en entrant. La feuille de parchemin enfumée qui les contient, est fendue... de vieillesse par le milieu... La peinture où se voient les cierges allumés, et *Bèze* à genoux, priant sur la représentation de son Oncle, est toute effacée. Les caractères, autrefois enluminez, ne se lisent aujourd'hui qu'avec peine » (Voy. le Menagiana. Paris, 1729, IV, 227-233).

committere debeam habeo præter te neminem. Miror quid remoretur *librorum meorum rectorum* <sup>6</sup>. Quæso ut a *Francisco Aurelio* <sup>7</sup> recipias apocham, nam ei literis *fratris* satisfeci <sup>8</sup>, simulque convenias cum fidei aliquo auriga de vecturæ pretio; quidquid convenieris cum eo id ratum à me habebitur. Sed rogo ut hoc mea causa primo quoque tempore effectum reddas; quòd si quid esse putes, in quo opera mea uti posses. habes tibi amicissimum *Bezæum*.

*Hic sunt Drydæ* <sup>9</sup>. Δε ης quæ κομμισι τιβι καβει νε ουλλαμ. μεντιονειν φαξιτας ω τους αδ με λιπτερις. ναμ. κομμ. τεμπους εριτ τουνη αδ τε ρεσακριβαμ. ουτ μιπτας <sup>10</sup>. Si quid *Biturigis* scripseris, rogo ut salutationem meam inseras. Rursus si quid litterarum ad *Alexin* <sup>11</sup> de-

l'abbaye de *Froidmont* (Ordre de Cîteaux), située à 2 ½ lieues S. E. de la ville de Beauvais.

<sup>6</sup> Bèze avait déjà une jolie collection de classiques. Voyez, dans ses *Poëmata*, les deux morceaux intitulés : « Ad Bibliothecam, » et « Ad Musas. »

<sup>7</sup> Pendant une partie de son séjour à *Orléans*, Bèze avait logé chez son frère aîné *Audebert*, et plus tard, sans doute, chez *Franciscus Aurelius* (*François Daniel*?).

<sup>8</sup> *Aubert* ou *Audebert de Bèze*, chanoine [de Ste Croix] à Orléans, avait, à une date que nous ignorons, succédé à son oncle *Nicolas* dans le prieuré de *St. Éloi* ou de *Longjumeau*, près de Paris (Prioratus Sti Eligii in valle media inter Longum-gemellum et Challiacum (Chilly). Gallia christiana, VII, 863).

<sup>9</sup> Ce pourrait être une nouvelle, car il existait en France une famille portant le nom de *Druide* (Voy. Maittaire, o. c. III, 364, et la première satire de Marc-Antoine Muret). Mais la phrase suivante donne à penser qu'il y a plutôt ici un sérieux avertissement : N'oubliez pas que nous avons *les Druides à Paris*, c'est-à-dire, les docteurs de la Sorbonne, dont la censure peut conduire au bûcher.

<sup>10</sup> « De iis quæ commisi tibi, cave ne ullam mentionem facias in tuis ad me litteris; nam cum tempus erit, tunc ad te rescribam *ut mittas*. » On ne peut s'expliquer cette recommandation qu'en supposant qu'il s'agissait de *livres luthériens*, laissés en dépôt chez Maclou Pompon. Bèze en avait lu à *Bourges*. C'est lui-même qui nous l'apprend dans sa lettre à Bullinger du 18 août 1568 : « Quòd... hodie Christum agnosco... id ego, non minima ex parte, debere me *tuo illi libro* [de *Origine erroris*] liberè profiteor. Quem cum olim, id est anno Domini 1535, *Biturigibus* apud... D. *Melchiorum Volmarium*... legerem, aperuit tum mihi Dominus oculos, ea præsertim parte qua Hieronymi commenta confutas, ut in lucem veritatis intuerer. »

<sup>11</sup> *Alexis Gaudinæus* (Godineau?), l'un des correspondants de Maclou Pompon. On le retrouve à Paris en 1542.

deris, dices illi, meo nomine, plurimam salutem. *Aquilio, Alberto, Magdanuæo, Brassicauo, Dionysio*<sup>12</sup> nostris cupio esse commendatissimus.

Tuus BEZÆUS.

D. *Melchior* nuper huc iter fecit, nomine *Ducis Wirtembergensis* legatus ad *Regem Gallie*<sup>13</sup>. Hoc volui ne nescires.

(*Inscriptio* :) Macuto Pomponio, viro mihi amicissimo. Aureliae.

## 858

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon, à Orléans.

De Paris (1<sup>ers</sup> jours de décembre 1539<sup>1</sup>).

Copie moderne. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, op. cit. I. Theil, S. 83.

DEODATUS BEZÆUS<sup>2</sup> Pomponio suo.

Nuper ex *Picardia* reversus<sup>3</sup> literas tuas accepi, ex quibus perspexi facilitè quanta tui in me amoris esset magnitudo, ut qui tanta diligentia negotium meum perfeceris. Erat verò mihi per-

<sup>12</sup> Deux de ces noms de famille nous paraissent tirés d'un nom de ville. *Aquilius* peut signifier *de l'Aigle* (Aquila, *l'Aigle* ou *Lesque*, petite ville de Normandie); *Magdanæus*, de *Mehun*. Mehun-sur-Loire, patrie de *Jean de Meung*, Mehun-sur-Nièvre et un village du Berry s'appelaient en latin *Magdunum*. Il est probable que *Brassicanus* désigne *Guillaume du Choul*, plus tard archéologue. Il latinisait aussi son nom en *Caulius* (du Chou). *Dionysius* pourrait être *Denis Sauvage* l'historiographe, ami de Bèze et de Jacques Pelletier du Mans (Voy. Baum, o. c. I, 57). *Albertus* nous est inconnu. L'absence du nom de *Germain Audebert*, d'Orléans, grand ami de Bèze, ne doit pas étonner : il étudiait en Italie (Nicéron, XXIV, 84).

<sup>13</sup> Sur l'ambassade de *Wolmar* à Paris, on peut consulter Sattler. *Gesch. des Herzogthums Württemberg*, P. III, p. 127.

<sup>1</sup> Il est facile de s'assurer que cette lettre a dû précéder de peu de jours celle du 7 décembre.

<sup>2</sup> *Deodatus* ou *Adæodatus* était probablement le prénom primitif de Bèze. *Theodorus* en est la forme grecque latinisée. Son nom de famille doit provenir de la petite ville de *Baise* ou *Bèze*, située à 5<sup>1</sup>/<sub>2</sub> lieues de Dijon.

<sup>3</sup> Voyez le N° 837, note 5.

specta pridem benevolentia tua; verum fuit tamen perjurandum id ipsum intelligere, eundem te animum erga me absentem gerere quem in presentem habuisti. Fuerim ingratus nisi vicissim huic tuo in me amori respondere coner; quare hoc tibi persuadeas velim, te amiciosem quam ego sim habere neminem. Sed tempus est ut ad ea veniam quae tibi minus nota esse puto.

*Rerum itaque mearum is est status: Lutetiis decretum est ut manerem iis in aedibus unde frater<sup>4</sup> migravit. Decretum illud quoque, ut circa fori ecclesiastici praesentem annum unum versarer<sup>5</sup>. Is quum exactus erit, biennium impendam perspiciendis Palatinis technis: deinde in aulam cum quodam ex purpuratis illis cardinalibus concedam<sup>6</sup>. Amate mi Pomponi, nonne totus perii? Ferendum est tamen quidquid illud est, sed fortassis ad tempus. Num futurum spero ut me tandem Dominus benignius respiciat, cujus clementiam projicere ut est dementis, sic confidenti animo expectare christiani. Interim omnia non admodum iniquè perferam, nam longè prius et hanc tempestatem praevidi et adversus eam animum ipse meum praeparavi. Sic habes consilii mei rationem, quam si probari tibi intellexero, eò confirmatiore animo in ea sum permansurus.*

Quod ad res attinet quas fidei tuae commisi, velim, mi Pomponi, ut ad me perferendas cures, si quae sunt quae tuto cuivis committi possint. De reliquis quidquid statueris, id à me ratum habebitur. Doctore *Meslando*<sup>7</sup> discedens *epigrammatu graeca* commodato dedi, quae rogo ut repetas, simulque quicquid habes ex *Dampetri* versibus peto mittas<sup>8</sup>. Ut autem intelligas, *ne in summis quidem molestis musas nostras obmutuisse*, ecce tibi aliquot Phaleucos quibus D. *Melchioris adventum* celebravi<sup>9</sup>. Porrò *quendam ad te poëtam*

<sup>4</sup> *Audebert* (N° 837, n. 7, 8). *Nicolas*, second frère de Théodore, habitait Vézelay.

<sup>5</sup> Ce détail annonce clairement que la famille de Th. de Bèze le destinait à l'état ecclésiastique, et qu'il devait succéder un jour à son frère, prieur de Longjumeau, et à son oncle, abbé de Froidmont.

<sup>6</sup> Ce projet reçut un commencement d'exécution en 1542, lorsque Th. de Bèze fut présenté à l'évêque de Coutances, *Philippe de Cosé-Brissac*.

<sup>7</sup> *Mesland*, professeur de droit (Voyez Jules Doinel. Listes des étudiants de l'université d'Orléans en 1529. Orléans, 1876, p. 7).

<sup>8</sup> Le poète latin *Jean Dampierre* (N° 837, n. 2. — Sammarthani *Elogia*).

<sup>9</sup> Cette pièce de vers, intitulée : « Ad Sodales, de *Melchioris Volmarii*, praëceptoris charissimi, adventu in Galliam, » est dans toutes les éditions des *Poëmata*. J. W. Baum l'a reproduite, o. c. I, 97.



*mīto*, novum illum quidem, sed nulla re alia quàm ridicula stupiditate insignem<sup>10</sup>. Si quid hīc interim prodeat novi, faciam ut scias.

*Vigilatio* quò minùs scribere potui, fecit commune malum. *Aquilios, Albertum, Dionysium, Guillelmum*<sup>11</sup> nostros velim ut meo nomine plurimùm salutes. Nam *Alexiu* opinor nobis ereptum esse. *Caroli imperatoris adventus quotidie hīc expectatur*<sup>12</sup>; itaque matura profectioem. Vale, mi Pomponi. Ex aedibus D. *Boucherii*, positis in vico Divi Joannis Bellovacii<sup>13</sup>.

(*Inscriptio*;) Maclovio Pomponio, amicorum amicissimo. Aureliae.

## 859

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon, à Orléans.

De Paris, 7 décembre (1539).

Copie. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, o. c. I, 86.

Pomponio meo S.

Binas à te literas accepi, mi Pomponi, utrasque gratissimas: nam quid à te proficisci possit quod incredibilem mihi voluptatem non sit allaturum? Gratæ, per inquam gratæ fuerunt literæ tuæ, in quibus scilicet, ut lux in speculo, tuam in me benevolentiam aspexi, maximam quidem illam, sed ejusmodi tamen quæ superari possit. Nam ita te amo, mi Pomponi, ut existimem te, qui longè

<sup>10</sup> Nous supposons qu'il s'agit ici de l'ouvrage suivant de *Martinus Theodoricus*, de Beauvais: « Epigrammata ad R. Odonem Collignium, Cardinalem Castilioneum. Item Sylvæ quatuor: *Leander, Busivis, Polycrates, Lays*. Parisiis, apud Hieron. Gormontium, 1539, » in-8° (La Croix du Maine et du Verdier, éd. cit. VI, 169).

<sup>11</sup> Voyez le N° 837, note 12.

<sup>12</sup> Ce détail fixe l'année (Voyez le N° 835, note 13). En Allemagne et en Suisse on parlait aussi de l'arrivée de *Charles-Quint* en France (N° 840, à la fin. — Lettre de Mélanchthon du 12 nov. 1539. Mel. Epp. III, 824).

<sup>13</sup> *La rue de St. Jean de Beauvais*, où Henri Estienne naquit en 1528, est située dans le quartier de l'Université.

me in cæteris rebus præcedis, in amando aliquid mihi concessurum. Bellum profectò certamen, et quod verè bellum dici debet. Amemus igitur et pacificum hoc bellum geramus, in quo nulli gladiatorum strepitus, nulli armorum tumultus audiantur, sed hinc inde, amoris testes, literæ legantur. Ita fiet ut invitis dialecticis et hostes simus et amici. Quòd si testimonium hujus meæ benevolentiae petis, en tibi :

Defessus medio in thoro jacebam,  
 Et somno grave jam caput cadebat,  
 Quum sese meus obtulit Macutus,  
 Meæ delitiæ Macutus : atque  
 Hac visus mihi voce gratulari :  
 Nè te plus oculis amo, Besæe,  
 Dissolvi cupio emorique totus.  
 Contra sic ego somnians loquebar :  
 Nè te plus oculis amo, Macute,  
 Nè me sis mihi charior, Macute,  
 Fatum nil moror ut libet molestum.  
 Vix hæc edideram, repentè nostrum  
 Quum lux invida somnium diremit  
 Et meum mihi sustulit Macutum,  
 Meas delitias, meos amores.  
 At tu, quisquis es, o tenebricosæ  
 Præses optime cogitationis,  
 Seu te Morphea, seu vocare Somnum  
 Fas est, fac vigil ut queam videre  
 Quod somno potui videre captus,  
 Aut si non aliter potes mederi  
 Huic desiderio meo, perennem  
 Inducas mihi somniationem.

Rides ? atqui verum narro somnium, ne nescias ; itaque si ridere vis, poëtam ride, non somnium. *Si quid agam quæris, nihil prorsus, nisi quòd aliquoties nugor cum Musis meis, deinde animi gratia in Palatium ventito. Ibi omnium hominum mores celut in amplissimo theatro intueor. Nonnunquam hebraicis literis aliquot horas incumbo*<sup>1</sup>. Denique nihil minùs ago quàm quod suspicantur meæ furie. Tu

<sup>1</sup> *Agathio Guidacerio* et *François Vatable* enseignaient l'hébreu au Collège royal. En attendant l'érection d'un monument, les lecteurs royaux donnaient leurs leçons dans les salles des collèges de l'Université (Voy. Gonjet. Mémoire hist. et litt. sur le Collège Royal de France. Paris, 1758. — Lebeuf. Hist. de Paris, édit. H. Cocheris, 1865, II, 714. — Maittaire, II, 762, 813 ; III, 321).

verà, ut scribis, conflictaris cum *Accursio*, egregio scilicet antagonista, sed postquam ita ut te geras necesse est, queso ut ineptum illum ita ut dignus est accipias<sup>2</sup>. Mihi quidem certè nunquam libebit βαρτολοβαλδίζειν<sup>3</sup>, licet assiduis conviciis urgear. De *Bigotii Epigrammatis* nihil est quòd te torqueas, nam ne de nomine quidem hic sunt nota<sup>4</sup>. Habes autem eorum loco *ineptissimum illum poëtam de quo ad te prioribus literis meis scripseram. Truchii* literas non accepi<sup>5</sup>. *Claudius* autem *noster*<sup>6</sup> præ nimis, ut aiebat,

<sup>2-3</sup> *Accursius*, jurisconsulte de Florence, et son fils *François*, professeur de droit à Bologne, au XIII<sup>me</sup> siècle, ont laissé des gloses sur le droit romain et des traités de jurisprudence. — Le mot *bartolobaldizer*, inventé par Bèze, fait allusion à deux jurisconsultes du XIII<sup>me</sup> et du XIV<sup>me</sup> siècle : *Bartholus*, natif de Sassoferrato, et son disciple *Petrus Baldus de Ubaldis*, natif de Pérouse (Voy. Moréri. — H. Martin, o. c. VIII, 141). Ils ont composé sur presque toutes les parties du droit romain des commentaires qui, avant les travaux de Jacques Cujas, jouissaient d'une grande réputation. Preuve en soit la lettre que *Pierre Loriot* ou *Loriot*, professeur de droit à Bourges, écrivait à Maclou Pompon, à Orléans, le 6 août (1537?), et dans laquelle il lui recommande expressément d'étudier *Barthole*, les *Glossenata* et les *Similia d'Accursius*, les ouvrages de *Jason de Mayno*, de *Philippus Decius* et d'*André Aleiat* (Bibl. Nationale. Mscr., anc. fonds latin, n° 8585, f. 64).

<sup>4</sup> Au lieu d'*Epigrammatis*, Bèze aurait dû écrire *Carminibus*. Les poésies de *Guillaume Bigot* (IV, 267), publiées à Bâle, au mois de mars 1536, avaient été réimprimées à Paris par Pierre Roffet, en 1537, in-12 d'une centaine de pages (Voyez M.-J. Gauffrès. Claude Baduel et la Réforme des études au XVI<sup>me</sup> siècle. Paris, 1880, p. 304). Elles se composent du *Somnium*, du *Catoptron*, d'un *Epithalamium*, de quatre ou cinq épîtres en prose et de quelques menues pièces, adressées à Jean Oporin, Ambroise Blaarer, Melchior Wolmar, etc. L'ouvrage ne manque pas d'originalité, mais le style en est souvent obscur, sans grâce et sans naturel. L'auteur lui-même fut si peu apprécié, à son retour en France (1537), qu'il dut songer à revenir en Suisse. *Grynæus* écrivait, en effet, à Capiton, vers ce temps-là : « Rogat me per literas *Bigotius*, ut alicubi in Germania conditionem ei *rursum* inveniamus. Ages de ea re cum *Calvino*, si vel *Geneve* vel *Lausanna* possit philosophicæ professioni præfici. » Le professeur errant fut mal accueilli à Berne, et l'Académie de Lausanne perdit ainsi l'occasion de s'adjoindre un Aristotélicien des plus distingués. Voici le paragraphe du Manuel bernois qui nous a révélé ce fait, jusqu'ici inconnu : « 9 maii 1537. *Bigotium phm* [l. *philosophum*] abgewysen gan *Losen* gstellt, » c'est-à-dire : [On a] éconduit *Bigot* le philosophe [qui demandait à être] placé à *Lausanne*.

<sup>5</sup> Selon Baum, ce serait le fils de *Jean Truchon* (N<sup>os</sup> 814, n. 9; 837, n. 2).

<sup>6</sup> Personnage inconnu, que Bèze, dans ses vers *ad Sodales* (N<sup>o</sup> 838, n. 9), invite à assister au banquet qu'il veut donner à *Wolmar*.

occupationibus, vix tandem domum nostram à limine salutavit ; itaque præstare id re ipsa non potui quod, etsi non petiisses, tum tuo, tum ipsius nomine, libenter facturus eram. Vale et me cura. Lutetiae, postridie Nicolai <sup>7</sup>.

Tuus ille quem tibi amicissimum  
esse nosti.

*Galba noster* <sup>8</sup> propediem istuc profecturum se sperat, cui tutò omnia commiseris. *Lex Salica* intra paucos menses *mittetur ex officina Neobarii* <sup>9</sup> *typographi eruditissimi, idque meis auspiciis* <sup>10</sup>. Ride graeculum vestratem.

(*Inscriptio* :) Pomponio meo, Aureliae.

## 840

RODOLPHE GUALTHER <sup>1</sup> à Henri Bullinger, à Zurich.

De Lausanne, 12 décembre 1539.

Inédite. Autographe. Arch. de Zurich. Copie moderne dans la Collection Simler à Zurich.

Gratiam et pacem a Domino! Literas tuas secundo Novembris scriptas, Pater colendissime, decimo Decembris *Lausannensium*

<sup>7</sup> La fête de St. Nicolas tombe sur le 6 décembre.

<sup>8</sup> Surnom donné, par réminiscence classique, à un camarade dont l'embonpoint était très prononcé (Voyez Suétone. Galba, ch. III). Ce pourrait être aussi la traduction libre de *Gros*, nom d'une famille de la Bourgogne (Palliot, o. c. p. 21, 353, 354).

<sup>9</sup> Et non *Neobanii*, faute qui se trouve deux fois dans Baum, o. c. *Conrad Neobar*, qui avait le titre de « Regius in Græcis Typographus, » a imprimé plusieurs ouvrages en 1540. Il mourut la même année. Les livres qui sortirent ensuite de ses presses portent cette indication : « Sumptibus Emondæ Tusanae, viduae Conradi Neobarii » (Maitt. III, 311, 313, 314, 318, 324, 329. — F.-A. Dupont. Précis hist. sur l'Imprimerie Nationale. Paris, 1848, p. 6, 75).

<sup>10</sup> Il ne paraît pas que *la Loi salique* ait été imprimée par *C. Neobar* ou par l'un de ses collègues, avec un commentaire de *Bèze* (Voy. Brunet, éd. cit. t. III, p. 1191 ; V, p. 330 ; VI, 1311, 1312. — Le Long. Bibl.

Præfectus a *Berna* ad me attulit<sup>2</sup>. Moram tantam intercessisse miror, nec dubito quin vehementer meum admireris silentium.....

*Rerum mearum conditio* semper sibi similis existit, nec infelicitè, quantum ego conjicere possum. Studia succedunt : ea enim mutuò *Conradus noster*<sup>3</sup> et ego communicamus. Quòd tam fido animo meam apud Collegii præsidès<sup>4</sup> causam tutatus sis, dignas gratias agere non potero ; curabo autem ne quid simile committatur. Verebar, hercè, hoc plurimùm ; tuo tamen patrocinio confisus aliquid mihi, etiam *Othonis*<sup>5</sup> consilio, hac in re audendum duxi. Est *Genevæ Germanus quidam mercator*<sup>6</sup> mediocriter doctus, qui sapius jam literis suis me *Genevam* allicere conatus est ; Mathematicæ enim studiosus existens, opera mea uti expetit. Indicarunt me homini *concionator Morgiensis et Diaconus*<sup>7</sup>. Hic aut suas mihi ardes offert, aut *Genevensis typographi*<sup>8</sup>. Labores meos justa mer-

hist. de la France, 1719, p. 584, 585. — H. Martin, o. c. II, 18, 37, 104, 344). Mais le licencié ès lois se montra avantageusement dans cet ouvrage de sa vieillesse : « *Theodori Bezæ* Mosaicarum et Romanarum legum collatio ex integris Papiniani, Pauli, Ulpiani, etc., responsis desumpta. Cui accessit lex Dei moralis, ceremonialis et politica, 1603, ap. Commelin, » in-folio (Draudii Biblioth. classica, p. 544).

<sup>1</sup> Voyez, sur *Rodolphe Gualther* de Zurich, le t. V, p. 333-335, 365.

<sup>2</sup> Le bailli de Lausanne, *Sébastien Nægeli*. Il avait reçu à Berne, des mains d'*Éberard de Rumlangen* (p. 79), la lettre adressée par Bullinger à Gualther, son fils adoptif.

<sup>3</sup> *Conrad Gesner*, professeur de grec à Lausanne, était de trois ans seulement plus âgé que son compatriote Gualther.

<sup>4</sup> Le Conseil de l'école du Fraumünster, à Zurich, réglait le chiffre des subsides accordés aux jeunes Zurichois qui étudiaient hors du canton.

<sup>5</sup> *Othon Werdmüller* (Note de Simler. Voyez V, 50).

<sup>6</sup> Plusieurs marchands, natifs de l'Allemagne ou de la Suisse allemande, étaient domiciliés à Genève et bourgeois de cette ville. Ainsi *Théobald Tocker* ou *Tucher*, de Nuremberg, l'un des compagnons de captivité de Bonivard à Chillon, *Boniface Hoffischer*, *Matthieu Mannlich*, *Georges des Clefz*, etc. (II, 424 ; III, 371 ; IV, 340 ; V, 15, n. 7.) Nous ne savons s'il s'agit ici de l'un d'eux, ou de *Jean Cléberguer*, riche marchand de Nuremberg, surnommé *le bon Allemand*. Ce personnage, instruit, considéré et (quoiqu'il fût catholique) grand ami de la ville de Genève, y faisait des séjours dans ses propriétés, et l'on a quelques raisons de supposer qu'il y passa une partie de l'année 1539 et les premiers mois de la suivante (Voy. Mém. de la Soc. d'Hist. de Genève, t. IX, p. 430, 445, 446).

<sup>7</sup> Le prédicateur de Morges était *Jacques le Coq*. Son diacre remplissait, au Collège de la ville, les fonctions de principal.

<sup>8</sup> *Wigand Kölu* ou *Jehan Girard*? Voyez Théophile Dufour. Notice citée, p. 77, 85.

cede se compensaturum promittit. Ego quid agam incertus sum. Tuum, quid mihi agendum sit, consilium expecto....

Constans apud nos fama est, *Cesarem Lutetiam adventurum*, quo loci nonnulli quoque *Papam* adfuturum<sup>9</sup> pollicentur. Quidnam hi consultaturi sint, nemo est qui non indicare possit. *Angliæ Regem* filiam suam *Clivensi Duci* elocasse multi affirmant<sup>10</sup>. Ex *Anglia* hisce nundinis nihil novi accepimus. Te rogo ut scribas, num literas a *Nicolao nostro*<sup>11</sup> acceperis numque valeat. Est *Orbæ* vir doctus, natione Geldrus<sup>12</sup>, *Andreas Zebedeus* nomine, qui nunc Verbi ministrum agit. Qui cum hisce diebus in carmina quædam germana incidisset, quibus *Capnionis*<sup>13</sup>, *OEcolumpadii*, *Erasmi*, *Lutheri Zuingliique* laudes continebantur, eadem latinis hisce verbis expressit, quos cum mirè elegantes cernerem, etiam illo non invito ad te mittendos existimavi. Salutatur te *poëta ipse* quàm officiosissimè, brevique, ut arbitror, ad te scripturus est, fortassis et æstate futura vos inuisurus; est enim *Tigurinæ ecclesiæ* amantissimus<sup>14</sup>. Carmina ipsa hæc sunt :

Non caruit Naso, dum Naso poëta canebat :  
 Conveniunt rebus nomina sæpe suis.  
 Sic natura trahit, sic nos devolvit in illa  
 Quæ signant certis nomina nostra notis.  
 Plurima cujus eunt exempla per omnia fusa  
 Sæcula, quæ longum est hoc memorare loco.  
 Si tamen in dubium quis adhuc, vocet improbus istud,  
 Ante oculos cursum temporis hujus habet.  
 Capnio sic καπνον Suevas diffudit in oras,  
 Et fumo ad flammam non malè stravit iter,  
 Dum linguas genus omne sacro de vertice profert  
 Et puram ex ipsis fontibus haurit aquam.  
 Altera nulla parem viderunt sæcula, per quem  
 Scripturæ cœpit planior esse via.

<sup>9</sup> Fausse nouvelle. Le pape *Paul III* ne devait pas assister à l'entrevue de François I et de Charles-Quint.

<sup>10</sup> Le fiancé était Henri VIII, et Anne de Clèves, la fiancée (p. 59, 73).

<sup>11</sup> *Nicolas Partridge*, jeune Anglais, qui avait séjourné à Zurich et à Genève (1536-1538). Voyez t. IV, p. 310, 311.

<sup>12</sup> *André Zébédée*, pasteur à Orbe, se disait natif du Brabant, et non de la Gueldre. — Ce passage et les quatre vers relatifs à *Zwingli* (renv. de n. 15) sont imprimés dans les *Calvini Opera*, XI, 24.

<sup>13</sup> Forme grecque du nom de *Jean Reuchlin*.

<sup>14</sup> *Zébédée* avait embrassé avec ardeur les idées de *Zwingli* sur la sainte Cène (V, 318).

Pòst Ecolampadius feliciter excitat ignem,  
 In Domo Domini ceu nova flamma micat,  
 Cujus ad effusos radios per opaca viarum  
   Multa resecta probè, quæ malè tecta priùs.  
 Tertius accedens pòst Rotterodamus Erasmus,  
   Mollit amabiliter quæ priùs aspra nimis.  
 Interea toto fit caussa celebrior orbe  
   Et patet ad magnum jam via plana decus.  
 Lutherusque potens in arenam prodit et alta  
   Voce tonat mundi qua stat uterque polus.  
 Ad tonitru hoc summa, media atque etiam infima, quæque  
   Et dextra et læva sunt sita parte tremunt.  
 Tum veri privata priùs via publica facta est,  
   Qua magnam ad Cœnam quilibet ire queat.  
 Cui neque tam serò poterit quis adesse vel isto  
   Tempore, quin aliquem possit habere locum.  
 Proinde nihil damni quod tantus sentiat hospes,  
   Quoque queat numerum mensa tenere suum,  
 Omne hominum genus huc arcessitur undique, non est  
   Personæ acceptor qui bona tanta parat.  
 Cuncti invitantur, vir, fœmina, sanus et æger,  
   Omnis et hic ætas quo requiescat habet.  
 Duri homines, sylvestre genus, turba impia perstant  
   Et spernunt amplas hospitis hujus opes.  
 Cogendi veniant adhibendaque verbera verbis,  
   Ne miserè miseri tanta perire sinant.  
 Hoc ad opus pretii vir summi Zuinglius unus  
   E paucis certo mittitur ore Dei.  
 Qui nihil ostendens animo subit omnia prompto  
   Quæ Christi servos et pia corda decent.  
 Instat verbi armis et sancta voce Senatus,  
   Ænea contra acres induit arma lupos,  
 Pro Christi caussa quidvis tentare paratus  
   Et promptus Christi nomine cuncta pati.  
 Qui dum munus obit summa pietate fideque  
   Hic obit imò abit hinc, et meliora tenet.  
                                   *De Zuinglio Zebedeus.*  
 Majorem sperare nefas, fortasse petendum  
   Ut dent vel unum sæcula nostra parem<sup>15</sup>.  
 Os doctum, pectus sincerum, spiritus acer  
   Unius in laudes incubuere Dei.

*Acclamatio.*

O Evangelici vindex fortissime Verbi,  
 Pro Christo et patria fortiter ause mori!

<sup>15</sup> Exagération relevée par *Calvin*, dans sa lettre à Farel du 27 février 1540.

Lusi et ego nuper, dum successivis horis Poësi operam do, Epitaphia quædam, quæ huc adscribo, non ut inter docta illa locum aliquem tenere digna sint, sed quia etiam nugacissima mea, quæ saltem literas sapiunt, ad te mittere non erubesco, qui mihi et Pater et Præceptor semper fueris <sup>16</sup>.....

Dabimus fortassis brevi etiam alia <sup>17</sup>, si hæc tibi non ingrata fuisse comperimus. Plurima salute te familiamque universam impertit *Couradus* et *ejus uxor*. Salutabis et tu nomine meo uxorem matremque tuam cum omni liberorum cœtu reliquaque familia. Lausannæ, xii Decembris 1539.

Tui observantissimus RODOLPHUS GUALTHERUS.

(*Inscriptio* :) Verè docto et pio viro D. Heinrycho Bullingero, Tigurinae Ecclesiae Episcopo vigilantissimo, Patri suo plurimum colendo.

## 841

THÉODORE DE BÈZE à Maclou Pompon [à Orléans].

De Paris (vers le milieu de décembre 1539).

Copie moderne. Bibl. de Zurich. J.-W. Baum, op. cit., I, p. 85.

S. Quas ad te literas *Stephano librario* <sup>1</sup> commisi, mi Pomponi, eas vereor ne non acceperis, nam et temporis et otii tibi satis ad

<sup>16</sup> Suivent trois épitaphes, composées par Gualther, et que nous supprimons. Les deux premières sont consacrées à Zwingli, la troisième au pape Clément VII.

<sup>17</sup> *Gualther* a publié, sous le pseudonyme de *Philopater Eustorgus*, un opuscule intitulé : « Ad D. Heinr. Bullingerum gratulatio, » in-8°, sans date ni lieu d'impression. Ses autres ouvrages sont énumérés par Conrad Gesner, qui loue ainsi l'auteur : « Juvenis adhuc ætate, sed ingenio doctrinaque maturus, .... eloquentia nativa et linguarum cognitione non parum ornatus » (Bibl. univ. 1545).

<sup>1</sup> L'un des quatre personnages suivants : *Étienne Dolet*, imprimeur à Lyon, *Robert Estienne*, *Étienne Groulleau*, tous deux imprimeurs à Paris, et *Étienne Roffet*, dit *le Faulcheur*, relieur du Roi et libraire.



scribendum fuit. Nisi fortè *Cæsaris* adventus tabellarios istic omnes remoratur<sup>2</sup>. Sed ut ut sit, mi homo, cave quæso existimes, offensus ob id esse animum in te meum; tantùm moneo, ut si nullas à me literas accepisti, id potiùs *libravii* perfidiæ quàm negligentie meæ imputes. Porrò incredibilis est meus in te amor, adeò ut tui desiderium ferre ampliùs non possim. Meministine verò, quum istic essem, inter nos sæpiùs de amoris vehementia habitos sermones. Memini quidem certè nunquam tum mihi eloquentia persuaderi tua potuisse, ut intelligere illud quid esset possem quod amorem vocant. Verùm plus absens potuisti in ea re quàm præsens. Fateor nunc demum et agnosco amoris vires, experior amoris imperium, cui profectò, ni medearis, futurum est ut succumbam. Sanè violenta res est amor; itaque aut veni aut moriar.

Porrò nihil hïc novi, nisi quòd *summa est omnium contentio in apparando Cæsaris triumpho*<sup>3</sup>. Pleni sunt vici ingentibus theatrorum molibus; est ubi fictilias arces videas; arces porrò regie quam *Louvreum*<sup>4</sup> vocant, dii boni, quantus apparatus! Inductum est aurum parietibus, inveciæ columnæ marmoreæ et quid non? Vincitur ipsa rerum natura et in *Sequanae* alveo cogitur terra vinum parere. Edificata est ab ipsis fundamentis domus vitrea in qua *Cæsar* ante ingressum prausu[ru]s est. Ingressi offerretur totus argenteus Hercules, octo pedes longus; offerentur varie animalium species. Nam et hïc leones videas et ursos, tigres postea et lynces; sunt et struthiocameli et pantheræ; non desunt quoque lupi marini, quorum forma hæc est: capite et corpore conveniunt cum terrestribus, nisi quòd auribus carent, pedes breviores et reflexi, cauda verò in piscem desinit et pisce vescuntur et carne.

<sup>2</sup> Le Dauphin, le duc d'Orléans et le Connétable s'étaient rendus à la frontière, pour recevoir l'Empereur. François I s'avancait aussi à sa rencontre. Théodore de Bèze pouvait donc supposer que, dans de pareilles circonstances, tous les courriers de la poste s'occupaient uniquement du service du Roi et négligeaient les lettres des particuliers.

<sup>3</sup> *L'Empereur* avait passé la Bidassoa vers le 20 novembre. Il rencontra le Roi à Loches, au milieu de décembre, et entra à Paris le jeudi 1<sup>er</sup> janvier 1540. Voyez, sur son entrée et sur les fêtes qu'on lui donna les jours suivants, G. Guiffrey, *Chronique citée*, p. 291-318. — Bulaeus. o. c. VI, 343.

<sup>4</sup> Le vieux *Louvre*, dont *François I* avait fait démolir la grande tour en 1528. « Et en ce temps fist fort réparer *le chasteau du Louvre*, pour soy y loger, et y fist faire de grandz bastimens... » (*Journal d'un bourgeois de Paris*, p. 329, 330. — H. Martin, o. c. VIII, 138; IX, 16). En 1539 le nouveau Louvre était à peine commencé.

Hæc sunt quæ apud *Lutetiam* aguntur; tu vicissim ad me de *Aurelia* tua. Porrò quod ad res meas privatas attinet ita habeto. *Nihil minus ago quàm quod volunt meæ furia*<sup>5</sup>, à quibus tamen impetravi quadringentas libras in singulos annos; curabo verò ut simul atque pecuniam accepero, *Beraldo nostro*<sup>6</sup> rescribam. *Stephanus* mecum agit, sed capite minutus. Gaudeo te nobis redditum esse, mi Pomponi, atque ita gaudeo ut accedere nihil posse putem ad hanc voluptatem nostram. Plura quidem scribere volui, sed non potuit animus lætitiâ occupatus officio fungi suo. Hoc unum duntaxat velim existimes, me mihi tunc demum esse redditum, quum te salvum esse intellexi. Vale, mi Pomponi, cum tuis omnibus aut nostris potiùs, si modò sunt *καὶ τὰ τῶν φίλων πάντα*.

Tuus, si suus THEODORUS BEZA.

(*Inscriptio* :) Pomponio meo.

## 842

LE CONSEIL DE BERNE au Conseil de Genève.

De Berne, 18 décembre 1539.

Inédite. Manuscrit orig. Arch. de Genève.

Nobles, magnifiques Seigneurs, singuliers amys, très chiers et féaulx combourgeois!

Nous avons, sus vostre requeste<sup>1</sup>, escript à nostre chastellain de *Nyon*, de disre az Maistre *Aguet*<sup>2</sup>, que nous avons consenty de

<sup>5</sup> Il veut parler de son père et de son oncle.

<sup>6</sup> Le professeur *Nicolas Béraud* ou son fils *François* (Voy. l'Index du t. III) ?

<sup>1</sup> Voyez la note 3.

<sup>2</sup> Maître *Aguet* ou *Annet Bussier* (et non *Aguet*, comme il est appelé par deux historiens genevois) était depuis un an et demi pasteur à *Prangins*, près de *Nyon*. Ses antécédents nous sont inconnus. A peine pourrait-on sûrement l'identifier avec cet *Aguet*, ami de Calvin, qui enseignait à *Bourges* en 1532 (II, 419). Il paraît pour la première fois, sous son vrai nom de famille, dans ce paragraphe du Manuel de Berne : « 19 Julii 1538.

vous servir en maistre d'escoles<sup>3</sup>. Pour autant le pouvés demander, vous priant l'entretenir comme s'appertient. Datum xviii Decembris, anno, etc., xxxix.

L'ADVOYER ET CONSEILL DE BERNE.

(*Suscription* :) Aux nobles, magnifiques seigneurs Syndiques et Conseil de Genève, nous singuliers amys, très chiers et féaulx combourgeois<sup>4</sup>.

---

La lettre de Calvin à Farel datée du 19 Décembre 1539 qui a été publiée par Théodore de Bèze, dans ses *Calvini Epistole et Responsa*, 1576, p. 411 (Calv. Opp. Brunsv., t. X, P. II, p. 435), doit porter la date du 29 Décembre 1539, c'est-à-dire qu'elle appartient en réalité à l'année 1538. Elle est imprimée dans notre t. V, p. 446-454.

---

